

quasi *segond*, *Glaude*; sic etiam Latini scribunt *Caium* & *Cneum*, proferunt tamen *Gaium* & *Gneum*, sed hæc ratio non impedit, quominus inualuerit alius pronunciandi modus, nimirum, ut *k* ante *a o* & *u* nisi in *Claude*.

In medio dictionis ut in fine effertur: velut *dicter* dictare, *accident* accidens, *bec*, rostrum, *fac* saccus. Verum præcedente diphthongo in eadem dictione supprimitur: ut *fruiet* fructus, *laiet* lae, *nuiet* nox: sic in *succe* sugere, *effect* effectus, *ieet* iactus, *liet* lectus, *diēt* dictum, cum deriuatis omnibus; quasi scriberes sicut moderni scribunt *sucer*, *effet*, *iet*, *lit*, *dit*, excipias *effectuer* & *coniecture* ubi *c* suã vim retinet.

D.

D Confunditur à Germanis cum *T*. ita ut vnum ab alio sono vix differat: sed sicut *B* & *P* differunt, ita etiam hæc, *D* molliùs, *T*. durius pronunciando, quam diuersitatem poteris notare in sequentibus exemplis.

<i>Darder</i>	Iaculari,	<i>Tarder</i>	Morari.
<i>Dire</i>	Dicere,	<i>Tire</i>	Trabe.
<i>Don</i>	Donum,	<i>Ton</i>	Tonus.
<i>Dot</i>	Dos,	<i>Tot</i>	Statim.
<i>Doux</i>	Dulcis,	<i>Toux</i>	Tussis.
<i>Drame</i>	Drachma,	<i>Trame</i>	Trama.

In medio sæpè est otiosum: ut *aduouër* approbare, *aduocat* aduocatus, *aduenir* accidere, *aduis* sententia, *adiourner* in ius vocare, *aduiser* considerare, seu monere, *adiancer* accomodare; quæ omnia sic pronunciabis *auouër*, *auocat*, *auenir*, *auis*, *aiourner*, *auiser*, *aiancer*, v ubique Consonante.

In alijs retinet suam vim & effertur ut apud Latinos, *admirer* mirari, *aduersaire* aduersarius, *admis* admissus.

Finale silet: ut *Brigand* fur, *nud* nudus, *rond* rotundus, *pied*, pes, *bled* frumentum. Finale similiter ante vocalem sonabit ut *T*: veluti *grand homme* magnus vir, *quand il ira* quando ibit, *friand* & *gourmand* liguritor & gulosus; pronunciabis, ac sit pro *d* scriberetur, *grant homme*, *quant il ira*, *friant* & *gourmant*, aliter *d* non sonabit, siue nihil sequatur, siue Consonans.

E Tri-